



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

42. Dom. 9. post Trinit. de villico iniquitatis. Luc. 16.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70978)

90 MEDITATIONES IN
DOM. IX. POST TRIN.

De villico iniquitatis. Luc. 16.

1. **D**IXIT IESVS *discipulis. Dives quidam*
vocat villicum qui dissipat bona illius
iubetq; reddere rationem villicationis. Con-
sidera diuitem illum esse Deum, cuius est
orbis terra, & plenitudo eius; villicum esse
quemque nostrum, quia cuiq; villam ani-
mæ, corporis, fortunarum, ingenij, doctri-
næ, bonorumque aliorum naturalium &
supernaturalium colendam dedit, quam in
in Dei gloriam & laudem, nostram & alio-
rum salutem non coluimus, reddemus ra-
tionem in die iudicii, quia omnia ista no-
stra non sunt, sed Dei. 2. tum vocari nos a
Domino, cum concionibus, morbis, bo-
nis exemplis, internis inspirationibus mo-
nemur strictam aliquando reddendam ra-
tionem de villa male administrata, & do-
nis Dei male expensis.
2. *Ait villicus intra se. Quid faciam, fodere*
non valeo, mendicare erubesco. Scio quid fa-
ciam, debitores mihi faciam amicos detra-
hendo aliquid de summa debitorum. Consi-
dera, hæc villicum, vel peccatorem dicere,
postquam interius commotus est ad pœni-
tentiam post mortem enim cum reddenda
ratio

ratio est, non erit fodiendi vel medicandi locus, quia nemo amplius poterit vel bonis operibus, vel precibus tunc quicquam mereri. 2. debitores esse pauperes, & omnes illos, quibus possumus pro talento nobis concredito, siue opum, siue doctrinae & eloquentiae, siue alio prodesse: hos enim facimus nobis amicos, cum illis liberaliter quicquid possumus vel ex facultatibus nostris, vel ex doctrina, vel alio auxilio imperimus, quia impetramus remissionem peccatorum, & amici facti meremur vitam aeternam.

Et ego vobis dico. Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula. Considera, diuitias dici mammona iniquitatis, non quod natura sua malae sint, cum omnes creaturae Dei bonae sint, sed quia, Apostolo teste, qui diuites fieri volunt facile incidunt in tentationem & laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & noxia, quae mergunt homines in interitum. 2. quia pauperum piorum est regnum caelorum Matth. 5. nos debere per elemosynam, vel unam magnam, (quam faciunt qui semel omnia dant pauperibus ingrediendo religionem) vel plures minores, a pauperibus emergere regnum

1. Tim.
6.

32 MEDITATIONES IN

regnum cœlorum. Vnde colligis, quantum faciat Deus paupertatem spiritus, & opera misericordiæ.

DOM. X. POST TRIN.

De fletu Christi super Hierusalem.

LUC. 19.

1. **I**ESVS videns ciuitatem Hierusalem, flevit super illam, dicens. Quia si cognovisses & tu. Considera Dominum inter summos honores hoc die (Palmarum) à populo sibi delatos lacrymari de Hierosolym. excidio post multos annos futuro, vt præbeat nobis exemplum, ne rebus prosperè fluentibus obliuiscamur afflictionum proximi. hoc enim facit societas in vno corpore, vt si vnum membrum patiatur, compatiantur cætera 2. cum fleuisse non ob ruinam materiale[m] vrbis, sed ob peccata, quæ causam ruinæ dederunt; vt nos quoque discamus de flere non temporalia damna, sed peccata nostra. Et recte, quia lacrymis temporalia damna non possumus refarcire. possumus autem damnum spirituale, vt eluto peccato, gratiam Dei recuperemus. 3. considera, omnia mala nostra oriri ex defectu cognitionis, nã dæmon velat oculos pec-

2. Cor.

13. "